

*59. Instrumentum venditionis di
Francesco de Madio di Potenza,
arciprete della cattedrale di Potenza,
in favore di Andrea de notario Andrea,
procuratore di detta cattedrale*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*59. Instrumentum venditionis di
Francesco de Madio di Potenza,
arciprete della cattedrale di Potenza,
in favore di Andrea de notario Andrea,
procuratore di detta cattedrale*

1361-04-11

(c. 461v) In nomine domini nostri Iesu Christi. Anno eius nativitate <sic> millesimo trecentesimo sexagesimo primo, regnantibus dominis nostris domino Ludovico et domina Ioanna Dei gratia Ierusalem et Sicilie rege et regina, ducatus Apulie et principatus Capue, Provincie et Forcalquerii ac Pedimontis comitibus, regnorum vero dicti domini nostri regis anno tercio decimo et prefate domine nostre regine anno nonodecimo feliciter amen, die undecimo mense <sic> aprelis, quarte decime indicionis, apud Potentiam.

Nos Girardus de Caruba de Potentia annalis iudex dicte terre Potentie, Angelus de Bono Pari de Potentia publicus eiusdem terre notarius et testes literati et inliterati subscripte <sic> et subsignate <sic> ad hoc specialiter vocati et rogati, presenti scripto publico no[tum] facimus et testamur quod constitutus in nostra presentia abbas Franciscus de Madio de Potentia, archipresbiter maioris ecclesie Potentie, consentiens primo in nos predictos iudicem et notarium tamquam in suos, cum sciret ex certa sua sententia nos suos iudicem et notarium in hac parte non esse, alienum, vendidit, tradidit et per fustem assignavit iure proprio et // (c. 462v) imperpetuum domno Andree de notario Andrea, clerico et canonico dicte maioris ecclesie Potentine et procuratori dicte maioris ecclesie Potentine, pro ut nobis constitit evidenter, ibidem presenti nomine et pro parte maioris ecclesie Potentine ementi et recipienti, peciam unam terre cum aqua <sic> cursu per badalem, francam, liberam unde a dicto bodali infra verus flumen Tabicelli, sitam in contrata dicti Tabicelli, iuxta terram Anto[n]jii de Valla, iuxta terras alias ipsius venditoris et iuxta flumen dicti Tabicelli et alios fines. Hanc

autem petiam terre, cum aqua <sic> cursu per dictum bodale usque ad predictam terram venditam quando erit necesse pro ad <sic> adaquando beneficium quod erit seminatum in dicta terra vendita demandato <sic> predicti procuratoris emptoris et aliorum procuratorum successorum eius dicte maioris ecclesie, qualiter est prescriptis finibus circumdate <sic> per designata latera, una cum omnibus // (c. 463r) iuribus, rationibus et ingressionibus suis predictus venditor eidem procuratori ut supra emptori, nomine et pro parte dicte maioris ecclesie Potentine, alienavit, vendidit, tradidit et per fustem assignavit, ut dictum est, pro unciis quatuor et tarenis quindecim in carolenis argenti sexaginta per unciam unam quamlibet et carlenis duobus per qualibet <sic> tareno uno computatis, usualis pecunie dicte terre Potentie, renuncians expresse dictus venditor eidem procuratori ut supra emptori, exceptioni non numerate pecunie, non ponderati et electi argenti ac omni alii iuris et legum auxilio per quod posset dicta confessio seu venditio reficere et bene scripti tenor posset in aliquo minui vel infringi. Quapropter idem venditor dedit et tradidit eidem emptori et procuratori nomine quo supra liberam, plenariam et omnimodam potestatem tenendi, possidendi, vendendi, donandi, permutandi nomine et pro parte dicte maioris ecclesie Potentine peciam terre cum aquae cursu, // (c. 463v) ut supra, per dictum badale seu aquale. Procuratoris insuper idem venditor per se suosque heredes eidem procuratori, ut supra, pro se et successoribus suis, nomine et pro parte dicte maioris ecclesie Potentine, litem vel controversiam, ipsi emptori et successoribus suis ullo umquam tempore non inferre nec inferenti consentire, immo ipsam peciam terre cum aqua <sic> cursu per dictum badale seu

aquale tam in proprietate quam in possessione ab omni homine legitime defendere, autorizare et disbrigare et predictam venditionem, omnia et singula suprascripta et infrascripta perpetuo firma, rata habere et tenere et non contrafacere vel venire per se, alium vel alios, aliqua causa vel ingenio, de iure vel de facto, in iudicio vel extra iudicium, sub pena dupli dicte pecunie quantitate <sic>, medietate ipsius pene curie et reliqua medietate dicto emptori vel procuratori vel successoribus suis nomine quo supra applicanda, me predicto notario publico pro parte ipsius curie ac dicto emptori et procuratori ut supra, nomine // (c. 464r) quo supra, penam ipsam legitime et solemniter stipulantibus. Qua pena soluta vel non soluta, supradicta omnia et singula in suo robore perdurent et, ad maius robur firmite, predictus venditor in manibus dicti emptoris et procuratoris ut supra ad sancta Dei evangelia corporaliter per eum tacta iuravit supradicta omnia et singula imperpetuum observare et quomodolibet <sic> premissorum facere ab omnibus observari.

1

2

3

4

5

Così S per scientia

Così S per alienavit

Così S per bodale/budale

Così S per? versus

Si ritiene verosimile un errore di trascrizione per *Galitelli*; probabilmente la G maiuscola è stata confusa con una T e la

6

6

7

8

9

Et taliter ego idem Angelus de Bono Pari publicus
Potentie notarius hoc presens publicum instrumentum
scripsi qui predictis omnibus rogatus interfui et meo
solito signo signavi. (SN) Ego Girardus de Caruba iudex
civitatis Potentie qui supra Ego Iacobus de Stampis testis
interfui et me subscripsi Ego Antonius de Balba testis
interfui Ego Demetrius de Abrucio testis interfui (c.
464v) Signum crucis Iohanotte de Madio testis scribere
nesciente <sic>

L, in legamento a destra con la I, è stata interpretata come una
B; si consideri qui e in seguito

Così S qui, in seguito e in docc. coevi Balba

Così S per huius

Così S per promictens

Così S per firmitatis